Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani

[S.l.], 1745

[Passionis]

urn:nbn:de:bsz:31-139978

Visual Library

Oratio.

QUæſumus Omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réſpice: ut te largiénte, regâtur in córpore, & te ſervánte, cuſtodiâtur in mente. Per Dóminum.

*Ab hoc Sabbato uſque ad Feriam II. poſt Octavam Pentecoſtes, non fiunt commemor. conſuetæ de Cruce, de ſancta Maria, & aliæ in Pſalterio poſitæ.*

*Ad Completorium in ℟. brevi non dicitur* Gloria Patri. *in Officio Feriali uſque ad Feriam Quintam in Cœna Domini.*

*Quod etiam ſervatur in ℟. brevibus Horarum, ubi ſimiliter repetitur Reſponſor. & non dicitur* Gloria Patri. *hoc tempore Paſſionis, niſi in Feſtis.*

## DOMINICA
### De Paſſione.

AD PRIMAM. *Antiph.*



*Capitulum.* Regi ſæculorum. 16.

℟. *br.* Chriſte Fili Dei vivi, * miſerere nobis.
 ℟. Chriſte Fili.

℣. Qui ſedes ad dexteram Patris.
 ℟. Miſerere. *Repetitur.* Chriſte.

℣. Exurge Chriſte. *& reliqua, ùt in Pſalterio.* 19.

*Ad Abſolutionem Capituli, Lectio brevis.* Faciem meam. *ùt in Pſalterio.* 24.

*Et dicitur in Dominica, & Feriis uſque ad Feriam Quintam in Cœna Domini excluſivè.*

## AD TERTIAM. *Antiph.*



EGo glo ri am meam non quæ-



ro: eſt qui quærat, & ju di cet.



8.

*Capitulum.* Fratres, Chriſtus aſſiſtens. 329.

℟. *br.* Erue à framea. 41.

## AD SEXTAM. *Antiph.*



AMen a men di co vo bis: ſi

quis









I.

Capitulum. *Hebr. 9. d.*

SI autem ſanguis hircôrum & taurôrum, & cinis vítulæ aſpérſus inquinátos ſanctíficat ad emundatiônem carnis: quantò magis ſanguis Chriſti, qui per Spítitum ſanctum ſemetípſum óbtulit immaculâtum Deo, emundâbit conſcíentiam noſtram ab opéribus mórtuis, ad ſerviéndum Deo vivénti?

℟. Deo gratias.

℟. *br.* De ore leonis. 50.

AD NONAM. *Antiph.*







tem




Capitulum. *Hebr. 9. d.*

ET ídeò novi teſtaménti mediâtor eſt: ut morte intercedénte, in Redemptiônem eârum prævaricatiônum, quæ erant ſub prióri Teſtaménto, repromiſſiônem accípiant, qui vocáti ſunt, ætérnæ hæreditâtis, in Chriſto JEſu Dómino noſtro. ℟. Deo gratias.

℟. *br.* Ne perdas cum impiis. 59.

## AD VESPERAS.

*Antiphona, & Pſalmus.* Dixit Dominus. *cum reliquis de Dominica.* 60.

*Capitulum.* Fratres, Chriſtus. 329.

*Hymnus.* Vexilla Regis prodeunt. 330.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.

℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat. *Antiph.*






*Oratio.* Quæſumus Omnipotens. 332.

*Hymni, ℣. & ℟. br. ſupradicta dicuntur etiam in Dominica Palmarum, & in feriali Officio uſque ad Feriam Quartam majoris Hebdomadæ.*

*Poſt Veſperas diei dicuntur Veſperæ Defunctorum.*

## FERIA SECUNDA.

*Hodie dicitur Officium Defunctorum.*

*Ad Horas omnia, ùt in Pſalterio tempore Paſſionis.*

Oratio.

SAnctífica, quæſumus Dómine, noſtra jejúnia: & cunctârum nobis indulgéntiam propítius largîre culpârum. Per Dóminum noſtrum.

## AD VESPERAS.

*Antiphonæ, & Pſalmi Feriæ II. ùt in Pſalterio. 68.*

Capitulum. *Jer. 11. d.*

TU autem Dómine Sábaoth, qui júdicas juſtè, & probas renes & corda, vídeam ultiônem tuam ex eis: tibi enim reveláví cauſam meam, Dómine Deus meus. ℟. Deo gratias.

*Hymnus.* Vexilla. ℣. Eripe me. 330.

Ad Magnificat. *Antiphona.*









*Deinde dicuntur Preces.* ùt in Pſalterio. 74.

Oratio.

DA quæſumus Dómine, Pópulo tuo ſalûtem mentis & córporis: ut bonis opéribus inhæréndo, tua ſemper mereâtur protectiône deféndi. Per Dóminum noſtrum.

*Capitula prædicta dicuntur in feriali Officio uſque ad Feriam Quartam majoris Hebdomadæ. Antiphonæ verò per Horas, uſque ad Dominicam in Palmis.*

## FERIA TERTIA.

Oratio.

NOſtra tibi, Dómine quæſumus, ſint accépta jejúnia: quæ nos & expiándo, grátia tua dignos efficiant, & ad remédia perdúcant ætérna. Per Dóminum.

Ad Magnificat. *Antiph.*






1.

*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

DA nobis, quæſumus Dómine, perſeverántem in tua voluntâte famulâtum: ut in diêbus noſtris & mérito & número pópulus tibi ſérviens augeâtur. Per Dóminum.

## FERIA QUARTA.

*Hodie dicuntur Pſalmi Graduales.*

Oratio.

SAnctificáto hoc jejúnio Deus, tuôrum corda fidélium miſerâtor illúſtra: & quibus devotiônis præſtas affectum, præbe ſupplicántibus pium benígnus audîtum. Per Dóminum noſtrum.

Ad Magnificat. *Antiph.*





tus ſum vo bis: propter quod o pus vul tis



me oc ci de re? 4.

*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

ADéſto ſupplicatiónibus noſtris Omnípotens Deus: & quibus fidúciam ſperándæ pietâtis indúlges, conſúetæ miſericórdiæ tríbue benígnus effectum. Per Dóminum noſtrum.

## FERIA QUINTA.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, Omnípotens Deus: ut dígnitas conditiônis humánæ per immoderántiam ſauciâta, medicinâlis parſimóniæ ſtúdio reformêtur. Per Dóminum.

Ad Magnificat. *Antiphona.*



DE ſi de ri o de ſi de ra vi hoc



Paſcha manduca re vo bis cum, an te quam




*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

ESto, quæſumus Dómine, propítius plebi tuæ: ut, quæ tibi non placent, reſpuéntes, tuôrum pótiùs repleántur delectatiónibus mandatôrum. Per Dóminum.

## FERIA SEXTA.

*Hodie dicuntur Pſalmi Pœnitentiales.*

Oratio.

COrdibus noſtris, quæſumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde: ut peccâta noſtra caſtigatiône voluntária cohibéntes, temporáliter pótiùs macerêmur, quàm ſupplíciis deputêmur ætérnis. Per Dóminum.

Ad Magnificat. *Antiph.*




Non




*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

Concêde quæſumus, Omnípotens Deus: ut, qui protectiônis tuæ grátiam quærimus, liberáti à malis ómnibus, ſecúra tibi mente ſerviâmus. Per Dñm.

## SABBATO

Oratio.

PRoficiat, quæſumus Dómine, plebs tibi dicâta piæ devotiônis affé&tu: ut ſacris actiónibus erudîta, quantò majeſtáti tuæ ſit grátior, tantò donis potióribus augeâtur. Per Dóminum.

## AD VESPERAS.

Capitulum. *Philipp.* 2.

FRatres, Hoc enim ſentîte in vobis, quod & in Chriſto JEſu: qui cùm in forma Dei eſſet, non rapînam arbitrâtus eſt eſſe ſe æquâlem Deo; ſed ſemetípſum exinanîvit, formam ſervi accípiens, in ſimilitúdinem hóminum factus, & hábitu invéntus ut homo. ℟. Deo grátias.

 *Hym-*

*Hymnus*. Vexilla Regis prodeunt. 330.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.

℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat. *Antiph.*




Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui humáno géneri ad imitándum humilitâtis exémplum, Salvatôrem noſtrum carnem ſúmere, & crucem ſubîre fecíſti: concêde propítius; ut & patiéntiæ ipſius habêre documénta, & reſurrectiônis conſórtia mereâmur. Per eúmdem Dñm.

## DOMINICA
In Palmis.

AD PRIMAM. *Antiph.*




ra-